Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-423875-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-423875-p0002-1

53

# RECTOR
## ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,
# CHRISTIANVS VATER,
PHILOS. ET MED. DOCT. PATHOLOG. PROF. PVBL. PHYSICVS PROVINCIALIS SAXONICVS, ET COLLEG. CVRIOS. GERMAN. COLLEGA,

*CIVIBVS ACADEMICIS*
S. P. D.

AEqvum et iuſtum eſt, ut, Rege ſalvo, publice gaudeamus, vehementerqve laetemur, et venientem, qvod ſperamus, feliciter, Saxonesqve ſuos reviſentem plauſu et acclamatione ſolenni excipiamus: deinde ſummos regalium negotiorum adminiſtros omni cultu et honore proſeqvamur. Eſt hoc gratae mentis officium, qvod praeter ceteros debemus purpuratorum principi, Illuſtrisſimo et Excellentisſimo Domino, VVOLFGANGO DITERICO S.R.I. *Comiti A Beichlingen*, etc. etc. Patrono ordinis noſtri maximo, et propugnatori dignitatis ſtudiorum ſingulari, ac fortunarum amplificatori etiam perindulgenti, atqve, ut paucis multa complectar, auctori felicitatis perpetuo et conſtanti. Enimvero noſtra patrumqve

qve

qve deſideria explevit, coetumqve literarum ornavit, convictum publicum locupletavit, nec munificentiam tantum, ſed prudentiam qvoqve in dandis beneficiis admirabilem oſtendit. Haec talia, qvae in nos benigne cumulateqve contulit togatus Heros, nemo patrum civiumqve facile taceat, nemo ſine ingrati crimine obliviſcatur. Qvae ratio cauſaqve apud me valuit, patresqve permovit, ut publice gratias agerent, et gratulationis ſimul officium perſolverent, et ſolenni Academiae inſtituto partes peragerent ſuas. Itaqve noſtro omnium ſuffragio delectus, et eius rei cauſa conſtitutus eſt officii, et gaudii noſtri interpres C. S. SCHVRZFLEISCHIVS, humanitatis et hiſtoriae doctor publicus, qvi cum noſtratis Academiae nomine, pro tantis in Or-

dinem

dinem meritis, demiſſe gratias ageret, tum ob ſplendidiſſima auſpicio AUG. Caeſaris conceſſa collataqve, S.R.I. *Comitis* inſignia, gratulantis munere fungeretur, et felicitatem ſimul ei precaretur perpetuam, valetudinem firmam, longiſſimumqve vitae ſpatium, et heredes poſterosqve tantae fortunae ſemper capaces, nomen familiamqve, dum homines erunt, propagaturos.

Qvamobrem rogo qvaeſoqve Perilluſtres Liberos Barones, Generoſiſſimos pariter Nobiliſſimosqve Cives, ut celebrandis in templo Arcis ſolennibus, ab H.II. peractis a meridie ſacris, freqventiſſimi adſint, et inter plauſus acclamationesqve, vota nobiſcum faciant, attentosqve dicturo animos afferant, et divinas tanti in toga Herois virtutes, tacite admirentur, et qvoad fieri poteſt, enixe venerentur et colant, propoſitoqve ad immortalem gloriam exemplo, aſſidue, pro ſuo qviſqve modo, imitentur.

P.P. Dominica QVASIMODOGENITI,
anno recuperatae ſautis cIↄ Iↄ CCII.

Ung VI 3

VD 18
VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-423875-p0007-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-423875-p0008-4

53

RECTOR

E VITEMBERGENSIS,

STIANVS

ATER,

ED. DOCT. PATHOLOG.

HYSICVS PROVINCIALIS

T COLLEG. CVRIOS. GERMAN.

COLLEGA,

*ACADEMICIS*

S. P. D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-423875-p0009-3